DIALECTORVM ITALICARVM

AEVI VETVSTIORIS

EXEMPLA SELECTA

IN VSVM SCHOLARVM

EDIDIT

ENGELBERTVS SCHNEIDER PH. D.

VOL. I

DIALECTI LATINAE PRISCAE ET FALISCAE

EXEMPLA SELECTA

PARS I

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXVI

Neuer Verlag von **B. G. Teubner** in Leipzig.

1886. II. Semester.

Soeben sind erschienen:

Benseler, Dr. Gustav Eduard, griechisch-deutsches Schulwörterbuch zu Homer, Herodot, Aeschylus, Sophokles, Euripides, Thukydides, Xenophon, Platon, Lysias, Isokrates, Demosthenes, Plutarch, Arrian, Lukian, Theokrit, Bion, Moschos und dem Neuen Testamente, soweit sie in Schulen gelesen werden. Achte verbesserte Auflage, besorgt von Dr. Georg Autenrieth, Rektor des Melanchthon-Gymnasiums in Nürnberg. [VIII u. 908 S.] Lex.-8. geh. ℳ 6.75.

Blümner, Hugo, Technologie und Terminologie der Gewerbe und Künste bei Griechen und Römern. Vierter Band. I. Abtheilung. Mit zahlreichen Abbildungen. [378 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 10.80.

Hart, Dr. Gustav, Oberlehrer am Gymnasium zu Mülhausen im Elsass, zur Seelen- u. Erkenntnislehre des Demokrit. [32 S.] 4. geh. ℳ 1.—

[Homer.] Die Homerischen Hymnen herausgegeben und erläutert von Dr. Albert Gemoll, Rektor des Progymnasiums zu Striegau. [XVI u. 378 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 6.80.

Jahrbücher für classische Philologie. Herausgegeben von Dr. Alfred Fleckeisen, Professor in Dresden. Fünfzehnter Supplementband. Zweites Heft. [S. 329—556.] gr. 8. geh. n. ℳ 4.40.

Daraus besonders abgedruckt:

Susemihl, Franciscus, de Politicis Aristoteleis quaestiones criticae. [122 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 2.40.

Weyman, Carl, Studien über die Figur der Litotes. [106 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 2.—.

Leeuwen jr., Dr. J. van, und M. A. Mendes da Costa, der Dialekt der Homerischen Gedichte. Für Gymnasien und angehende Philologen bearbeitet. Aus dem Holländischen übersetzt von Dr. E. Mehler. [VIII u. 158 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 2.40.

Meißner, Dr. Karl, Professor am Herzogl. Karlsgymnasium zu Bernburg, lateinische Phraseologie. Für den Schulgebrauch bearbeitet. Fünfte verbesserte Auflage. [X u. 209 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 1.60.

Nepotis, Cornelii, qui exstat liber de excellentibus ducibus exterarum gentium. Accedit eiusdem vita Attici. Ad historiae fidem recognovit et usui scholarum accommodavit Eduardus Ortmann, Dr. ph. et professor etc. Editio quarta novis curis perpolita. [VII u. 95 S.] gr. 8. geh. ℳ 1.—.

DIALECTORVM ITALICARVM
AEVI VETVSTIORIS
EXEMPLA SELECTA

IN VSVM SCHOLARVM

EDIDIT

ENGELBERTVS SCHNEIDER PH. D.

VOL. I

DIALECTI LATINAE PRISCAE ET FALISCAE

EXEMPLA SELECTA

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXXVI

DIALECTI LATINAE PRISCAE
ET FALISCAE
EXEMPLA SELECTA

IN VSVM SCHOLARVM

EDIDIT

ENGELBERTVS SCHNEIDER PH. D.

PARS I

DIALECTI LATINAE PRISCAE ET FALISCAE

INSCRIPTIONES

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXVI

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

OTTONI RIBBECKIO

Priscae Latinitatis fragmenta selecta et epigraphica et a scriptoribus tradita, ut componerem Ottonis Ribbecki praeceptoris auctoritate et benevolentia incitatus, ita edere studui, ut in scholis de grammatica Latina habendis sive in exercitationibus grammaticis iuventuti, cui volumina Corporis Inscriptionum Latinarum aliaeve editiones magnae et pretiosae praesto non sint, evolvenda et interpretanda proponi possint. discessi igitur a collectionibus ad hoc tempus usitatis, cum materiam gravissimam et largissimam, quoad eius fieri potuit, coartavi et virorum doctorum scripta et sententias, quantum ex usu videbatur esse, plenius et uberius laudavi. itaque prioris voluminis hac altera parte inscriptiones Latinae et Faliscae selectae, altera carmina et leges antiquissimae a scriptoribus traditae et glossae continentur. in volumine posteriore, quod ut conficeretur Vilelmus Clemm praeceptor suasor erat, Oscorum qui dicuntur et Umbrorum inscriptiones omnes, quae quidem legi possint, glossaeque a Varrone et aliis servatae coniungentur. indices autem usui apti utrique volumini adiungentur. atque in hac priore parte indicem grammaticum confeci bipertitum: altero ut, quae ad priscam Latinitatem pertineant, discenti facile praebeantur, altero ut, quem in modum priscis monumentis plerisque lingua saepe sibi non constiterit, nonnullis exemplis sub uno conspectu ponatur. res syntacticas, quas e titulis Latinis collegi, alteri prioris voluminis parti addentur.

Ottoni Ribbeckio, praeceptori carissimo, cuius singulari benevolentia in hoc fasciculo, si qua haesitabam, auctus et adiutus sum, gratias quam maximas ago.

Scribebam Mogontiaci mense Sextili anni 1886.

Engelbertus Schneider.

NOTAE ET SIGNA.

I—X

Corpus inscriptionum Latinarum consilio et auctoritate academiae litterarum regiae Borussicae editum. vol. I—X. Berolini 1863—1883

Ann.

Annali dell' instituto di corrispondenza archeologica. Roma.

Bruns.

Fontes iuris Romani antiqui edidit C. G. Bruns. ed. IV. Tubingae 1879. editionis quartae supplementum edidit Theod. Mommsen. Friburgi in Brisgavia et Tubingae 1881

Buecheler anth. I. III

anthologiae epigraphicae Latinae specimen I. III.

Bull.

Bulletino dell' instituto di corrispondenza archeologica. Roma.

C. I. It.

Corpus inscriptionum Italicarum antiquioris aevi et glossarium Italicum, in quo omnia vocabula continentur ex Umbricis, Sabinis, Oscis, Volscis, Etruscis monumentis collecta, edidit A. Fabretti. Aug. Taurin. 1868. 4. cum 58 tabulis

suppl. I—III

supplemento I—III alla raccolta delle antichissime iscrizioni Italiche. con osservazioni paleografiche e grammatiche. Torino 1871—78. 4. cum tabulis

append.

appendice al Corpus inscriptionum Italicarum ed ai suoi supplementi. Ed. p. G. F. Gamurrini. Torino 1880. cum 10 tabulis

Eph.

Ephemeris epigraphica corporis inscriptionum Latinarum supplementum edita iussu instituti archaeologici Romani. Romae 1872 sqq. vol. I—V

Ga., Ga. syll.

sylloge inscriptionum Latinarum aevi Romanae reipublicae usque ad C. Iulium Caesarem plenissima edidit Raphael Garruccius. Augustae Taurinorum 1877

Ga. add.

addenda in syllogen inscr. Lat. Ibid. 1881

Ga. diss. arch.
dissertazioni archeologiche di vario argomento. Roma 1864

Iord.
kritische Beiträge zur Geschichte der lateinischen Sprache von H. Iordan. Berlin 1879

Mon.
Monumenti inediti dall' instituto di corrispondenza archeologica. Roma

R.
Priscae Latinitatis monumenta epigraphica edidit Fridericus Ritschelius. Berolini 1862

R. enarr.
enarratio tabularum

R. op.
Friderici Ritschelii opuscula philologica. vol. IV. ad epigraphicam et grammaticam Latinam spectantia. Lipsiae 1878. cum tabulis

Rhein. Mus.
Rheinisches Museum fuer Philologie. neue Folge. herausgegeben von (F. G. Welcker, F. Ritschl, J. Bernays, A. Klette) Franz Buecheler und Otto Ribbeck. Frankfurt

Wilm., Wilmanns
exempla inscriptionum Latinarum in usum praecipue academicum composuit Gustavus Wilmanns. tom. I. II. Berolini 1873

Litteris cursivis quae viri docti aut correxerint aut addiderint exprimuntur.

Punctis subductis litterae aut mutilatae aut a scalptore correctae notantur.

Asterisco titulorum numeris in columna II praefixo littera ⱶ cacuminata indicatur.

Uncis quadratis [ ] quae in titulis evanuerint, si unius alteriusve litterae numerum excedunt, secluduntur.

Uncis rotundis ( ) quae, quamquam lacuna in aere est nulla, coniectura addita sint significantur.

Pars prima.

Inscriptiones Latinae.

Pars secunda.

Inscriptiones Faliscae.

Indices.

Pars prima.

Inscriptiones Latinae.

I. Nummi antiquissimi.

1.	*in postica:* Aisernino *vel* Aisernim	*saec. V*
	in antica: Volcanom	*post a. 491*
2.	Aisernio	
3.	Alba	*inter a. 451—486*
4.	Aquino *vel* Acuino	
5.	*a:* Benventod *p:* propom	*p. a. 486*
6.	Caiatino	
7.	Caleno	*inter a. 420—486*
8.	Corano *vel* Korano	*ante a. 486*
9.	*a:* Coza *p:* Cozano	*p. a. 481*
10.	Ladinod	
11.	Paistano	*inter a. 481—486*
12.	Romanom	*a. a. 490*
13.	Romano	*i. a. 416—543*
14.	Roma	*a. a. 490*
15.	*p:* Suesano *a:* probom *vel* prbom *vel* proboum *vel* prboum	*p. a. 486*

Th. Mommsen, das roemische Muenzwesen, Berolini 1860. ***1. 2.** = I 20; R. VII 23ab; Ga. 65. cf. IX p. 245. ***3.** = I 10; R. VII 27, 28; Ga. 57. **4.** = I 21e; R. VII 29ab; Ga. 58. cf. X p. 530. **5.** = I 19; R. VII 30; Ga. 64. cf. IX p. 136. **6.** = I 21d; R. VII 34; Ga. 62. cf. X p. 444. ***7.** = I 15; R. VII 38; Ga. 61. cf. X p. 451. **8.** = I 12; R. VII 39; Ga. 56. cf. X p. 645. **9.** = Ga. 54a. cf. I 14; R. VII 40ab, 41ab. ***10.** = I 24; R. VII 48; Ga. 72. cf. IX p. 69. **11.** = I 17; R. VII 59; Ga. 66. cf. X p. 52. **12.** = I 1; R. V Bab; Ga. 16. **13.** = I 13c; R. VI 2; Mon. XI tab. 3 n. 2, 3.; Ga. 21. **14.** = I 2; R. VA; Ga. 2. **15.** 'argentum probum' ait Liv. 32, 2, 1. cf. Bergk op. phil. I p. 189. = I 16; R. VII 72, op. IV 282; Ga. 59.

16. Tiano
17. L. Pulio L. f. C. Modio Cn. f.
18. Se. Pos. P. Bab. ꞁ̶ *i. a. 440—500*

II. Tituli in vasculis, poculis, sigillis antiquissimis.

saec. V

19. Iove Sat. deivos qoi med mitat, nei ted endo cosmis virco sied, asted, noisi Ope Toitesiai pakari vois. Duenos med feced en manom, einom dze noine med ma*no* statod.

16. = I 21c; R. VII 76; Ga. 60. cf. X p. 471. ***17.** = I 5a; R. VD; Ga. 75a. **18.** = I 5b; R. VIW; Ga. 75b. n. 17, 18 asses librales Luceriae flati. cf. IX p. 74. **19.** Vasculum figlinum anno 1880 Romae ad Quirinalem repertum, nunc Romae apud Henricum Dressel. litterae ad sinistram continuo scriptae, cola tria intervallis disiuncta sunt. = H. Dressel, Ann. 1880 p. 158 sqq. tab. L. H. Jordan, Bull. 1881 p. 84; idem, Hermes XVI 1881 p. 225 sqq.; idem, vindiciae sermonis Latini antiquissimi, Regimonti 1882. Fr. Buecheler, Rhein. Mus. XXXVI 1881 p. 235 sqq. H. Osthoff, Rhein. Mus. l. l. p. 481 sqq. M. Bréal, comptes-rendus des séances de l'Académie des inscriptions et belles-lettres Paris 1882, IV série, tom. X p. 23 sqq.; idem, revue archéol. VII 1882 p. 82 sqq. C. Pauli, altitalische Studien I Hannover 1883 p. 1 sqq. Th. Bergk, kleine philol. Schriften I Halle 1884 p. 664 sqq. E. Baehrens, neue Jahrb. 129, 1885 p. 833 sqq. Comparetti, l' iscrizione de Vaso Dressel. Museo Italiano I Firenze 1885. de tituli litteris et dialecto non Latina cf. Jord. Hermes XVI. Pauli l. l. p. 49 sqq.; K. Sittl, die localen Verschiedenheiten der lat. Sprache

---

18 L. Se[xti]o P. Bab *Garruccius* Se. Pos. P. Bab ꞁ̶ *Minervinius (saggio di osserv. numism. p. 105) et Mommsenus litteram* ꞁ̶ *initialem Luceriae oppidi esse arbitratus.* Se(rgius) Pos(tumius) P. Bab(idius) L(uceria) *Minervinius.* Bab(ius) *Momms.* Se(rvio) *alii.* 19 iouesatdeivosqoimedmitat *post litteram quartam lineola ad perpendiculum, littera sexta* a *ex* e *correcta est* qoi med mitat: qui me mittat *Dresselius (Buechelerus, Osthoffius, Iordanus)* cui me mittat *Brealius* mittat *optativus est Dresselio, futurum Buechelero, potentialis (quisquis mittat) Iordano.* iove sat deivos: Iovi Sat(urno) deis *Dresselius (Buech.) lineolam post litteram quartam distinguendi initium a figulo factum esse suspicatus.* iovei *Iordanus* Iove^{m} Sat(urno^{m}) deos *Osthoff* ioveis at deivos: Iuppiter aut deus! *Breal.* neitedendocosmisuircosied nei ted endo cosmis virco sied: ne te intus comes virgo sit *Dresselius (Buech.)* ne in te comis virgo sit *Iord.* neited endo cosmis vir cosied: nitat *i. e. nitatur (curet)* intus comis vir consit *Osthoff.* nei ted endo, cosmisu irco, sied: ne te endo, commissi ergo, sit *Breal.* astednoisiopetoitesiaipakariuois: asted noisi ope toitesiai pakari vois: adstet, nisi Opi Tutesiae pacari uis *Dress. (Buech. Osth.)* ast nisi *e. q. s. Iord.* ast ted nois, io peto, ites iai pakari vois: ast te nobis, eo penso, λιταῖϲ iis, pacari velis *Breal.* duenosmedfecedenmanom *littera duodecima* c *ex* k *correcta videtur esse* duenos med feced: Duenus me fecit *Dress. (Buech. Iord. Breal)* en manom: propter mortuum *Dress. (Buech.)* ad manium sacrum *Iord.* in bonum *Breal.* einomdzenoinemedmaaostatod *littera septima* z *a figulo*

20. Aecetiai pocolom
21. Aisclapi po*co*lom
22. Belolai pocolom
23. Coira pocolo
24. Fortunai pocolo
24ª. Iuno*ne*s pocolom
25. Keri pocolo
26. Lavernai pocolom
27. Menervai pocolom
28. Saeturni pocolom
29. Salutes pocolom
30. Veneres pocolom
31. Volcani pocolom

32. L. Canoleios L. f. fecit Calenos
33. Retus Gabinio C. s. Calebus fec. te

etc. Erlangen 1882 p. 34 sq.; de metro saturnio cf. Buecheler, Osthoff, Pauli. **20** sqq. Vascula figlina nigri coloris ex sepulcris Etruriae inferioris plerumque picturis ornata. ***20.** Patera Volcis reperta, nunc in museo Britannico = I 43; R. XBb, op. IV p. 281 sqq.; Ga. 475. ***21.** = Eph. I 5; R. op. IV 564; Ga. 476. ***22.** Nunc in museo Parisino = I 44; R. XI G, op. IV 282, 567; Ga. 477; Iordan, index lect. aest. Regimont. 1885 p. 14 sqq. ***23.** Hortae (Orte) rep. = I 45; R. op. IV 566, enarr. p. 14; Eph. I 6; Ga. 478. ***24.** Nunc Romae in aedibus privatis = IX 258. **24ª.** = ann. 1884 (Iordan). **25.** Nunc Romae in museo Gregoriano. = I 46; R. X D d, op. IV 281; Ga. 479. ***26.** Hortae rep., nunc Romae in museo Gregoriano = I 47; R. X E e, op. IV 281; Ga. 480. ***27.** In agro Tarquiniensi rep., nunc Tarquiniis in museo publico. = C. I. It. append. 812; Ga. add. 1881 n. 2403. **28.** Oenochoe ansata, olim Romae in museo Campanae = I 48; R. X Aa, op. IV 270 sqq.; Ga. 481. ***29.** Hortae rep., nunc Romae in museo Gregoriano. = I 49; R. X Ff, op. IV 281; Ga. 482. ***30.** Cf. adn. ad n. 27 = C. I. It. append. n. 812; Ga. add. 1881. n. 2404. ***31.** Patera Tarquiniis reperta, nunc in museo Berolinensi. = I 50; R. X C c, op. IV 281; C. I. It. append. n. 811; Ga. 483. **32—34.** Nomina figulorum vasculis inscripta. **32.** Tarquiniis rep., nunc in museo Petropolitano. = X 8054, 2; Eph. I 7 a; C. I. It. suppl. I 491ª; Ga. 500. ***33.** Ibidem rep. = X 8054, 7; Eph. I 8ª; C. I. It. suppl. I 491ᵉ; Ga. 503.

---

omissa postea addita est einom dze noine med mano statod: et die nono me mortuo sistito *Dress. (Buech.)* maao *errore figuli pro* mano *scriptum esse ratus.* igitur die noni me mano sistito *Iord.* einom duenoi ne med malo statod: nunc Dueno ne me malo sistito *Breal.* 21 pococolom *in vasculo.*
23 Cotra *vel* Cofra *olim legebatur* Coira *Ga.* 24ª Iunonenes *in poculo* 28 Saeturni *i. e.* *Saveturni (*sskr. savitar*) *Nissen. Pauli. pro* Sateurni *erratum esse censet Iordanus (krit. Beitr. p. 194) aliter H. Schweizer K. Z. IV 1855 p. 65 sq.* 33 C. s.: G(ai) s(ervus) *vel* c(um) s(ervis) *vel* c(um) s(uis) *Mommsenus* fec te *in vasculo* feci(t) te(stam) *Momms.* feci te *Ga. olim.*

34. C. Gabinio . . T. n. Caleno
35. Tr. Loisio
36. Eco C. Antonios
37. Eqo K. Anaios
38. C. Ovio Ouf. fect
39. C. Pomponi Quir. opos
40. Cn. Iunio | C. l. Pobleiios

III. Tituli in cistis et speculis Praenestinis.

saec. V. VI

α) cistae

41. a) Dindia Macolnia fileai dedit
Novios Plautios med Romai fecid
b) Maqolnia

42. Venus Aucena Casenter[*a*] Crisida Aiax Oinumama *T*eses Alixentr[*os*] Ateleta Felena Alsir

34. Calibus rep., nunc Parisiis in museo comitis de Witte. = X 8054, 4; Eph. I 9; C. I. It. suppl. I 491[c]; Ga. 506. de vasculis Calenis cf. X p. 885 sq. **35.** Amphora, nunc Trapani in museo Hernandez. = X 8051, 21. cf. add. p. 999. **36.** Operculum testaceum putealis Romae in Esquilino repertum. = Ga. add. 2340; Ann. 1880 p. 301, tab. R. 2. 3 (Dressel). **37.** Vasculum nigrum Ardeae repertum. = Bull. 1882 p. 72, 97 (Barnabei); X 8336, 1. Comparetti, Museo Ital. I p. 231. **38.** In collo protomae aeneae Medusae, nunc in museo Kircheriano. = I 51; R. I C c; Ga. 486. **39.** In pallio Iovis aenei, nunc in museo Kircheriano. = I 52; R. I B b; Ga. 487. ***40.** = I 1557 p. 564; Ga. 492 **41—47.** arculae caelatae figuris incisis ornatae. ***41.** Cista Ficoroniana, nunc in museo Kircheriano. = I 54 p. 553; R. I A a; Eph. I 17; Ga. 522; Iord. 1. ***42.** Nunc in museo Berolinensi. Casenter[a] ad sinistram scriptum est. = I 1501 add.;

---

37 Ego K(aeso) Anaios *Dresselius.* Eqo *pro* ego *accipi posse negat Momms. sed cf. Praenestina:* Maqolnia 41 b, *Macolnia 41 a, Mgolnia 194.* ἥκω Καλιαῖος *Comparetti.* 38 Oveo *Ga.* 39 Quiri *Ritschelius qui lineolam post* r *litteram esse putat* Quir *Garruccius lineolam distinguendi signum illud in titulis graphio scriptis adhibitum esse dicens.* III *De titulorum dialecto cf. Fr. Ritschl Vocalunterdrueckung in der Schrift; Praenestinisches Latein op. IV p. 479 sqq. H. Iordan, krit. Beitraege zur Geschichte der lat. Sprache, Berlin 1879 p. 3 sqq. C. Sittl, die localen Verschiedenheiten der lat. Sprache etc. Erlangen 1882 p. 3 sqq.* 41 a *Titulum versibus saturniis confectum esse O. Keller sibi persuasit (der sat. Vers 1883 p. 57).*
b Maquoulna *sive* Maquolna *legit Ga. titulus in dubium vocatur a Mommseno aliisque. Ga. 521 cf.* Magolni 183, Mgolnia 194. 42 Casenter. *in aere* Teses *Momms.* Aises Αἴσιος *Ga.* Alixenteַ[r] *Iord.* Alixentr[os] *Garruccius extremam huius vocabuli syllabam sub pede cistae latere arbitratus* Aucena *Αὐγέννα, *Αὔγεινα *i. e. aurora (cf.* αὐγή) *Iord.* Felena *Iord.*

43. Iovos Iuno Mercuris Apolo Leiber Victoria Menerva Dia*n*a Mars Fortuna
44. Silanus Doxa Ladumeda Aiax Ilios leces Soresios Acmemeno Istor Lavis ebrios
45. Aciles Simos Oreste[*s*] Tondrus Seci Lucus Creisita [*F*]elena
46. Micos Aciles Victoria Fercles Diesptr Iuno Mircurios Iacor Aiax Veritus
47. [*C*]astor pater Poumilionom

β) specula

48. Taseos Luqorcos Pilonicos Tasei filios
49. Metio acila fasia Ceisia Loucilia fata ret Iunio Setio atos ret
50. Pain*i*scos Marsuas Vibis Pilipus cailavit

R. enarr. p. 98; Mon. VI t. 55, 56; Ga. 529; Iord. 9. ***43.** Nunc Romae apud Martinettium 'Iovos Menerva Diama' ad sinistram scripta sunt. = Eph. I 21; Mon. IX t. 58, 59; C. I. It. suppl. I 474; Ga. 528; Iord. 13. ***44.** Nunc Romae apud Pasinatium. = Ann. 1870 p. 338 (Schoene); Mon. IX t. 22, 23; Eph. I 19; C. I. It. suppl. I 473; Ga. 525; Iord. 11. ***45.** = Eph. I 168[a] tab. n. 9; Ga. 526; Iord. 17. ***46.** Nunc in museo Vaticano. 'Victoria' et 'F' in vocabulo Fercles sinistrorsum scripta sunt. Vel. Long. 77, 12 K VII: mium et commircium — per i antiquis relinquamus, apud quos aeque et Mircurius per i dicebatur, quod mirandarum rerum esset inventor, ut Varro dicit. = Ann. 1861 p. 151 sqq. (Ga.); Mon. VI t. 54; I 1500 p. 553; R. enarr. p. 98 O, op. IV p. 730; Ga. 523; Iord. 3. ***47.** pater Poumilionom ad sinistram scripta sunt. = Eph. I 20; Mon. IX t. 24, 25; C. I. It. suppl. I 472; Ga. 527; Iord. 12. ***48.** = Eph. I 23; Mon. IX t. 7, 2; C. I. It. suppl. I 476; Ga. 540; Iord. 15. ***49.** = Eph. I 168[b]; Ga. 539; C. I. It. append. 926; Iord. 18. ***50.** Nunc in museo Kircheriano. = Ann. 1871 p. 49 (de Witte); Mon. IX t. 29, 2; C. I. It. suppl. I 478; Ga. 538; Iord. 16.

Crisida, *n. 45* Creisita Χρυcίc, Χρυcηίc *Iord.* Oinumama: unimamma *Iahn.* Alsir *nomen mulieris pro* *Αλcιc *Ga.* 43 Iovos *genitivus est Iord.* Diama *Michaelis (Ann. 1873 p. 221) errore pro* Diana *scriptum esse ait Iord.* Diaina *Ga.* 44 Laoumeda *Schoenius,* Ladumeda *aes.* Aiax Oilios *Ga.* Lavis Λαΐc. 45 Oreste, ·elena *in cista.* Tondrus *Τύνδαροc, Τυνδαρεύc. *Helbigius cf. Iord. p. 56.* Seciolucus *Ga.* 46 Micos *i. e.* μικκόc. Vepitus *vel* Veritus *in titulo.* Veritus (*Virtus*) *Ritschelius* Iafor ἀβώρ *Ga.* Iacor Ἴακχοc *Iord. cf. Hermes XVI 1881 p. 251.* 47 astor *in aere.* 48 Taseio[s] filios *Ga.* Taseos, Θάcιοc *Iord.* 49 Metio Προμηθεύc *Ga Mettios et* Μητίων *contulit Iord.*· acila: ancilla *Ga.* Fasia Asia, *Promethei uxor intellegitur a Ga.* fata, atos ἄττα *i. e. sacerdos Ga. mater et pater videntur esse Iordano.* ret: R(a)et(a), R(a)et(us) *Ga* d'det: deded *Iord. cf. Hermes XVI 251.* Setio *vel* Seiio? *Iord.* 50 Painsscos *in titulo ut videtur.* Πανίcκοc. *cf. Iord. p. 27.*

51. Cu*p*ido Venos Vitoria Rit
52. Iuno Iovei Hercele
53. Venos Diovem Prosepnais
54. Castor Amucos Polouces
55. Poloces Losna Amuces
56. Oinomavos Ario Melerpanta
57. Telis Aiax Alcumena
58. Victoria Alixentros
59. Mirqurios Alixentrom

IV. Tituli e sepulcro Furiorum Tusculano.

saec. V

60. C. Turpleio C. f.
61. P. Fou. C. f.
62. Q. Fourio A. f.
63. A. Fou ¦ P. f.
64. C. Four.

Specula **51, 52, 56, 59** ubi reperta sint non constat. **51.** Nunc Romae in museo Campanae. = I 58; R. XI N, enarr. p. 16; Ga. 534; Iord. 5. ***52.** Nunc in museo Kircheriano. Hercele ad sinistram scriptum est. = I 56; R. I G; Ga. 532; Iord. 3. **53.** Cosae (Orbetello) repertum, nunc in museo Parisino. = Ann. 1858 p. 583 (Brunn); Mon. VI t. 24, 1; I 57 p. 554; R. XI M, op. IV p. 486, 506 sq.; Ga. 533; Iord. 4. ***54.** Varro l. l. V 73: in Latinis litteris veteribus — ut Πολυδεύκης Polluces, non ut nunc Pollux. = Eph. I 18; Mon. IX t. 7, 3; C. I. It. I 475; Ga. 530; Iord. 10. ***55.** Nunc in museo Kircheriano. = I 55 p. 554; R. IE; Ga. 529; Iord. 2. ***56.** = I 60; R. XI O, enarr. p. 102; Ga. 537; Iord. 7. ***57.** Varro r. r. III 9, 19: antiqui — Thetim Thelim dicebant. = Ann. 1870 p. 351 (Schoene), Mon. IX t. 24, 25; Eph. I 22; C. I. It. suppl. I 477; Ga. 531; Iord. 14. ***58.** = C. I. It. append. 925; Ga. 535. ***59.** Nunc in museo Berolinensi. = I 59; R. I F; Ga. 536; Iord. 6. **IV** Tituli **60, 61, 63,** in arcis legebantur quae anno 1665 Tusculi in sepulcro repertae sunt; **62. 64, 67** aut incisi aut minio picti vel in integris arcis erant vel in fragmentis. cf. Ritschelii disputationem de sepulcro Furiorum Tusculano op. IV p. 257 sqq.

***60.** Titulus bis legitur. = I 65 a b; R. XLIX A a. **61.** In operculo et in arca. = I 66 a b; R. XLIX A c. **62.** = I 67; R. XLIX A b. **63.** In arcae fronte et latere. = I 68; R. XLIX A d. **64—67.** = I 69—72; R. XLIX A e—h.

---

51 Cudido *in aere; errorem fabrilem esse ut* Vitoria *censet Iord.* Vitoriam *defendit Momms.* Rit(us) *Momms.* rit *vel* ris *i. e.* Paris *Ga.* 53 Prosepnais *Brunnius primus; antea* Prosepnai. 56 Melerpanta Βελλεροφόντης *Ritschelius (Iord. p. 46 sqq.).* IV *De Falconerii et Kircheri aliorumque editionibus et fide cf. Ritschel. l. l.* 60 Q. Turpleio C. f. *alterum titulum legendum proposuit Ritschelius.*

65. C. Four|i M. f.
66. Fourio | M. f. C. *n.*
67. Cn. Fourio

V. Tituli votivi Pisaurenses.

68. Apolen|ei
69. Cesula | Atilia | donu | dat Diane
70. Feronia | Sta. Tetio | dede
71. Fide
72. Iuno. Lo|ucina.
73. Iunone
74. Iunone Re. | matrona | Pisaurese | dono dedrot
75. Lebro
76. Dei. Mari|ca
77. Mat. M|atut.
78. Matre | Matuta | dono dedro | matrona | M'. Curia | Pola Livia | deda
79. Deiv. Nov|e. sede | . . . . | T. Popaio Po|p. f.
80. . . . . Nome[*lia*] | dede
81. Salute
82. M. Pleturi P. f. S. n.

Tituli in cippis anno 1738 prope Pisaurum in luco repertis leguntur; tit. **75** in cono est incisus. ***68.** = I 167; R. XLIII G; C. I. It. 77 c; Ga. 848. ***69.** = I 168; R. XLIV I; C. I. It. 77^b; Ga. 849. **70.** Varro l. l. V 74: Feronia, Minerva, Novensides (cf. n. 79) a Sabinis. = I 169; R. XLIII B; C. I. It. 75; Ga. 850. **71.** = I 170; R. XLIV M; C. I. It. 77 e; Ga. 851. ***72.** = I 171; R. XLIII H; C. I. It. 77^a; Ga. 852. **73.** = I 172; R. XLIII F; C. I. It. 75^b; Ga. 853. **74.** = I 173; R. XLIII C, op. IV p. 409; C. I. It. 76; Ga. 854. ***75.** = I 174; R. XLIII D; C. I. It. 77^d; Ga. 855. **76.** = I 175; R. XLIV L; C. I. It. 77^g; Ga. 856. **77.** = I 176; R. XLIV O; C. I. It. 76^b; Ga. 857. ***78.** = I 177; R. XLIII A; C. I. It. 77; Ga. 858. **79.** Mar. Victor. 26, 1 K VI: Novensiles sive per l sive per d scribendum. communionem enim habuit l littera cum d apud antiquos, ut dinguam et linguam et dacrimis et lacrimis et Kapitodium et Kapitolium et sella a sede et olere ab odore: est et communio cum Graecis, nos lacrimae, illi δάκρυα, olere ὀδωδέναι, meditari μελετᾶν. novensiles autem, quos Graeci συνέννεα, post novendii a considendo, id est eadem sede praediti. Arnob. III 38: Novensiles Piso deos esse credit novem in Sabinis apud Trebiam constitutos. hoc Granius Musas putat consensum accommodans Aelio. = I 178; R. XLIV K; C. I. It. 77^h; Ga. 859. **80.** Fragmentum cippi; 'lia' in lapide evanuit. = I 180; R. XLIII E; C. I. It. 77^i; Ga. 861. **81.** = I 179; R. XLIV N; C. I. It. 77 f; Ga. 860. **82.** = I 1429;

---

66 M. f. C. f. *in apographo.* 78 *saturnios duos leges.* 79 divae novensidi *Iord.* 82 M. Pleturi Pe. sn *in lapide ut videtur. scripsi* P. f. S. n.

VI. Tituli dedicatorii Marsici.

saec. V. VI

83. Caso Cantovio|s Aprufclano cei|p. apurfinem E|salicom enur-| bid Casontonio | socieque do*no*|m atoierbactia | pro l[*egio*]-nibus Martses

84. Vecos Supn[*as*] Victorie Seinq. | dono dedet | lubs mereto. | queistores | Sa. Magio St. f. Pac. Anaiedio St. [*f.*]

85. V. Aiediu[*s*] | Vesune | Erinie et | Erine | patre | dono me-[*rito*] | libs

86. V. Vettius Sa. f. | Valetudne | d. d. l. m

87. Aninus | vecus | Valetudne | donum | dant

VII. Elogia Scipionum.

88. α) [*L. Corneli*]o Cn. f. Scipio *cos. 456. censor 464*
β) Cornelius Lucius Scipio Barbatus

R. XLIV P; Ga. 862. ***83.** Tabula aenea alta m. 0,11 lata, m. 0,12 anno 1877 in lacu Fucino reperta, nunc Romae apud Alexandrum Torloniam principem adservata. litterae scriptae sunt βουστροφηδόν, l. 4 a sinistra oritur. Paul. Diac. 26, 5: apor apud. = Notizie degli scavi di antichità 1877 p. 328 sq. tab. XIII (Gamurrinius); Fr. Buecheler, Rhein. Mus. XXXIII 1878 p. 489 sq.; H. Iordan, Hermes XV 1880 p. 5 sqq.; idem, deutsche Litteraturzeitung 1883 n. 10 p. 234; C. I. It. app. 940; Garruccius add. 1881 n. 2418; C. Pauli, altitalische Studien 1883 p. 70. cf. IX p. 349. ***84.** Lapis Transaquis (Trasacco) rep., nunc Luci in vinea Placidi. = I 183, add. p. 555, IX 3849; R. XCVIII D. Momms., unterital. Dialecte p. 346; Ga. Bull. 1861 p. 46; syll. 840. **85.** Lapis in Marsis repertus, nunc deperditus. = I 182, IX 3808; R. III D; Momms. unterital. Dialecte p. 345 tab. XV; Ga. 838. **86.** Cippus quadratus = IX 3812. **87.** = IX 3813. **88.** Sarcophagus ex lapide Albano (peperino), anno 1780 in sepulcro Scipionum (cf. Cic. Tusc. I 7, 13; pro Arch. 9, 22; de legg. II 2, 27. Liv. 38, 56, 4. Plin. hist. nat. 33, 7, 122) extra portam Capenam prope viam Appiam repertus, nunc in museo Vaticano. titulus α in sarcophagi margine superiore rubro colore pictus, non incisus, β, in antica incisus est. versus continuo scripti sunt, saturnii lineolis transversis (2, 3, 4) distinguuntur. 1 Lucius cf. R. op. IV

---

83 3 ceip(os): imperator *Buecheler* ceip(om): terminum (?) *Iord.* 4 Esalico: Issalicum *Buecheler;* Issalicorum *Iord.* menurbid: scitu *Buech.* Esalicom enurbid *proposui litt. Centralbl. 1882 n. 45 p. 1519.* 6 doivom *in aere;* donom *legit Gamurrinus; divorum interpretatur Buech., divum (sacrum) Iord.* 7 atoierpattia *Gamurrini, Buecheler qui* Φερρεφάττης *nomen subesse putat* atoierdattia *Iord.* atoierbactia *Ga. in aere mutilato vestigium litterae p vel d vel b reperiri posse Dresselius ad Iordanum. cf. dt. Litteraturztg. l. l.* 8 Martses *litterae* r *vestigium tantum cernitur.*
84 1 Supnas *i. e.* Supinas *Ga.* 2 Seinq. *in lapide. fortasse* Semo(ni). 7 ST: St [*f*]: *Ga.*; S[*p*]. (*f*): *alii.* 85 *littera* s *ubique corrupta est* 1 A*(t)*-iediu(*s*) *Momms.* 6 miiil. i *lapis ut videtur;* meri *corr. Momms.* donom fert *Ga.* 88 β *Linea prima et duodecim fere litterae lineae alterius erasae*

Gnaivod patre | prognatus, fortis vir sapiensque —
quoius forma virtutei parisuma | fuit, —
consol censor aidilis quei fuit apud vos, —
Taurasia Cisauna | Samnio cepit —
subigit omne Loucanam opsidesque abdoucit

89. α) [*L.*] Cornelio L. f. Scipio | [*a*]idiles cosol cesor.

cos. 495. censor 496

β) Honc oino ploirume cosentiont R[*omai*]
duonoro optumo fuise viro (*viroro*)
Luciom Scipione. filios Barbati

p. 262 sqq. 5 Taurasia cf. IX p. 125 (Liv. 40, 38); = I n. 29, 30, VI n. 1284, 1285; R. XXXVII A B; Fr. Buecheler, anthologiae epigraphicae lat. specimen III Bonnae 1876 n. 5; Ga. n. 880. 89α. Sarcophagi fragmentum ex lapide Albano anno 1781 in sepulcro Scipionum repertum, hodie in museo Vaticano. litterae rubro colore pictae, non incisae sunt. β. Tabula ex lapide Albano, sarcophagi antica, dextero latere fracta, anno 1614 reperta, hodie in aditu bibliothecae Barberinianae adservata. 1 cf. Liv. 29, 11, 6 et 29, 14, 8. 2 cf. Atilii Calatini carmen sepulcrale: Cic. de fin. II

---

sunt, quo aut antiquior inscriptio deleta (Momms. Ritschel.) aut mendum lapidarii (Corssen.) aut initium carminis quod non placuerit exsculptum (Garrucci.) significatur. litterarum vestigia in linea prima Garruccius aliique indagaverunt. carmen β *recentius esse quam* α *et n. 89 docuit Ritschelius, die aeltesten Scipioneninschriften op. IV p. 212 sqq. cui adsensus est Mommsenus in C. I. L. eam sententiam Corssenus refellere frustra studuit (Ueber Aussprache etc.* II^2 *p. 93). de metro saturnio cf. G. Hermann, elementa doctrinae metr. Lipsiae 1816 p. 606 sqq. epitome doctr. metr. Lips. 1844 p. 219 sqq. Duentzer et Lersch, de versu quem vocant saturnio Bonnae 1838. C. O. Mueller, Sexti Pompei Festi de verborum significatione quae supersunt Lips. 1839 p. 396 sq. W. Corssen, origines poesis Romanae Berol. 1846. p. 192 sq. Fr. Ritschl, titulus Mummianus Bonnae 1852 op. IV p. 82 sq. poesis saturniae specilegium I Bonnae 1854 op. IV p. 297 sqq. R. Westphal, ueber die Form der aeltesten lat. Poesie Tuebingen 1853. O. Ribbeck, Jahrbuecher f. class. Philologie 1858 p. 199 sqq. I. A. Pfau, de numero saturnio commentatio Quedlinburgi 1864. A. Spengel, die Gesetze des saturn. Versmasses Philologus 23, 1866 p. 81, 113 sqq. C. Bartsch, der sat. Vers u. die altdeutsche Langzeile Leipz. 1867. Theod. Korsch, de versu saturnio Mosquae 1869. H. Duentzer, Philologus 28, 1869 p. 230 sqq. 30, 1870 p. 444 sqq. Ludovicus Havet, de saturnio Latinorum versu Parisiis 1880. O. Keller, der sat. Vers als rhythmisch erwiesen Leipzig 1883. R. Thurneysen, der Saturnier, Halle 1885. L. Mueller, der sat. Vers u. seine Denkmaeler Leipzig 1885 p. 102.* 3 *vs. alii aliter numeraverunt.* 5 Samnio *accusativus est Ritschelio, ablativus Viscontio, Lachmanno, Momms., Wilmannsio, genitivus plur. aliis, fortasse urbis nomen esse Buechelerus putavit.* 89 α *Litteras initiales L et A cum titulus in Vaticanum illatus sit deletas esse Piranesius testis est.* β 1 R[*omae*] *Sirmondus;* R[*omai*] *Ritschelius* R[*omani*] *Grotefendius* R[*omane*] *Mommsenus* R[*omano*^{m}] *Ga.* 2 optumo fuise viro *lapis, O. Mueller, Buecheler.* viroro^{m} *suppleverunt Grotefend, Ritschel.* 3 filio^{m} *corr. Havetus.*

consol censor aidilis hic fuet a[*pud vos*];
hec cepit Corsica Aleriaque urbe (*pugnandod*)
dedet Tempestatebus aide mereto[*d votam*]

90. Quei apice insigne Dial[*is fl*]aminis gesistei, |
mors perfe[*cit*] tua ut essent omnia | brevia,
honos fama virtusque | gloria atque ingenium,
quibus sei | in longa licu[*i*]set tibe utier vita, |
facile facteis superases gloriam | maiorum.
quare lubens te ingremiu | Scipio recip[*i*]t
terra, Publi, | prognatum Publio, Corneli

91. L. Cornelius Cn. f. Cn. n. Scipio
Magna sapientia | multasque virtutes
aetate quom parva | posidet hoc saxsum.
quoiei vita defecit, non | honos honore.
is hic situs quei nunquam | victus est virtutei.
annos gnatus XX is | l[*oc*]eis m[*an*]datus:
ne quairatis honore | quei minus sit mand[*at*]u[*s*]

35, 116; Cat. M. 17, 61. 5 de Aleria cf. X p. 839. 6 cf. Ov. fast. VI 193. = I 31, 32, VI 1286, 1287. R. XXXVIII DE. Buecheler, anth. III n. 4; Ga. 865. **90.** Antica sarcophagi ex lapide Albano c. a. 1780 reperta, hodie in museo Vaticano. P. Cornelium P. f. Scipionem Africani maioris filium, minoris patrem adoptivum esse (Cic. Cato M. 11, 35; de off. I 33, 121. Brut. 19, 77) qui a. 574 ab auguribus in locum Sp. Postumii Albini cooptatus est (Liv. 40, 42) filiumque naturalem Paulli consulis ante a. 586 (Liv. 44, 44) adoptavit, Viscontius et Mommsenus probare studuerunt. 1 cf. Preller roem. Mythologie I³ p. 201 sq. = I 33, VI 1288; R. XXXIX F. suppl. III, op. IV p. 537 sqq.; Buecheler anth. III n. 6; Ga. 881. **91.** Tabula sarcophagi ex lapide Albano, ante a. 1781 in sepulcro Scipionum rep., hodie in museo Vaticano. L. Cornelium Cn. f. Cn. n. Scipionem nepotem Calvi consulis anni 532 (Liv. 21, 32), filium Hispalli qui in consulatu 578 mortuus est (Liv. 41, 20), fratrem minorem Hispani praetoris esse coniecerunt Viscontius, Mommsenus, Ritschelius. 3 quom: cf. n. 295 (leg. agr.) l. 21 oina quom agro; saxsom: cf. R. op. IV p. 765. 4 duplici notione vocabuli honos sicut infra vocabulo mandatus carminis auctor lusit. 6 loceis i. e. sepulcro. = I 34, VI 1289; R. XLI Kab, op. IV p. 734; Buecheler, anth. III n. 7; Ga. 882.

---

89 5 pugnandod *add. Ritschel.* clasid *Buecheler.* 90 *Verba continuo in lapide scripta, versus saturnii interstitiis disiuncti sunt. vs. 2 aliquando carminis principium fuisse, cui postea vs. 1 litteris minoribus praescriptus sit Buechelerus suspicatur.* insigne *neutrum est Buechelero, masculinum aliis.* 4 utier tibe *Fleckeisen.* 6 recepit *G. Hermann. versus saturnii 1. 2. 4. 5 vario modo numerantur.* 91 4 honore *accusativum interpretati sunt Lachmann., Ritschel., Buecheler., dativum alii.* 6 l . . eis *in lapide.* l[oc]eis

92. 1 L. Corneli L. f. P. [*n.*] | Scipio quaist. | tr. mil. annos | gnatus XXXIII | 5 mortuos. pater | regem Antioco | subegit.

quaestor 587

93. 1 Cn. Cornelius Cn. f. Scipio Hispanus | pr. aid. cur. q. tr. mil. II, X vir sl. iudik. | X vir sacr. fac. |

4 Virtutes generis mieis moribus accumulavi,
progeniem genui, facta patris petiei.
maiorum optenui laudem, ut sibei me esse creatum
laetentur; stirpem nobilitavit honor.

VIII. Leges de lucis sacris.

saec. VI

94. 1 In hoce loucarid stircus | ne [*qu*]is fundatid neve cadaver | proiecitad neve parentatid. | sei quis arvorsu hac faxit, [*ceiv*]ium | 5 quis volet pro ioudicatod n *L* manum iniect[*i*]o estod. seive | mag[*i*]steratus volet, moltare | [*li*]cetod.

92. Tabula sarcophagi ex topho (tufa), saec. XVII publicata, a. 1780 denuo reperta, nunc in museo Vaticano. L. Cornelius L. f. P. n. quaestor fuit a. 587 (Liv. 45, 44). 6 Antioco: cf. R. op. IV p. 166, 232 = I 35, VI 1290; R. XL G, op. IV p. 538; Ga. 883. **93.** Tabulae tres ex lapide Albano a. 1782 repertae, numeris signatae, ut quomodo sarcophagi antica coniungenda sit significetur; prima nunc amissa est, reliquae in museo Vaticano. Cn. Cornelius Scipio Hispanus, Hispalli filius, praetor fuit a. 615. = I 38, VI 1293; R. XLII L; Ga. 886. **94.** Lapis Luceriae (Lucera) ante a. 1861 repertus, nunc ibidem in fundamentis domus cuiusdam sepultus. 1 loucarid: luco = d'Ameli, storia della città di Lucera, 1861 p. 119 qui titulum a Fr. del Buono accepit. Eph. II p. 205 n. 298 (Momms.); C. G. Brunsius, Zeitschrift f. Rechtsgesch. XII p. 127. fontes iuris Romani antiqui Tubingae 1879[4] p. 44; IX 782. cf. ibid. p. 667. tit. simil. VI 3823.

Momms. Diteist *vel* Deitist *Ritschel.* leto est *Lachmann.* [div]eis *Buech.* larveis, laudi est, terreis *alii;* mandatus *Viscontius.* honore quei *i. e.* honorem qui *Viscontius Momms.*, honori cur *Lachmannus Ritschel.* 93 2 St *Ga.* SL *ceteri.* 5 progeniemi genui *lapis.* progenie mi genui *Momms. Lachmanni adnotatione ad Lucr. p. 129 sq. usus* progeniem genui *Ritschel. lineolam illam non litteram sed lapicidae errorem esse ratus op. IV p. 539.*

94 *Num titulus a Francisco de Buono recte descriptus et a Ioh. Bapt. d'Ameli in singulis accurate publicatus sit cum nemo alius lapidem recensuerit, in dubio relinquitur.* 2 fundatid: cf. *Corssen. in Eph. II p. 206 adnot. 3;* Danielsson in Pauli, altit. Stud. 4, 153 sq. *legendum videtur* funditod, parentitod (parentire) proiecitod 4 in ium *Momms. olim.* 5 NI *in lapide.* nL *numum* L *milia: Momms.* nCIↃ *Brunsius.* 6 manum, *accusativus est Mommseno; gen. plur. aliis.* iniecto *in lapide.*

95. Honce loucom | nequ[*i*]s violatod | neque exvehito neque | exferto quod louci | siet, neque cedito | nesei quo die res deina | anua fiet. eod die | quod rei dinai causa | [*f*]iat, sine dolo cedre | [*l*]icetod. seiquis || violasit, Iove bovid | piaclum datod; | seiquis scies | violasit dolo malo | Iovei bovid piaclum | datod et a. CCC | moltai suntod; | eius piacl[i] | moltaique dicator[*ei*] | exactio est[*od*].

IX. Decretum L. Aemilii Pauli imperatoris.

a. u. c. 565

96. L. Aimilius L. f. inpeirator decreivit | utei quei Hastensium servei | in turri Lascutana habitarent | leiberei essent. agrum oppidumqu[*e*] | quod ea tempestate posedisent | item possidere habereque | iousit, dum poplus senatusque | Romanus vellet. act. incastreis | a. d. XII k. Febr.

X. Epistula consulum ad Teuranos de Bacchanalibus (senatusconsultum de Bacchanalibus).

a. u. c. 568

97. [*Q*] Marcius L. f., S. Postumius L. f. cos. senatum consoluerunt n. Octob. apud aedem | Duelonai. sc. arf. M. Claudi M. f., L. Valeri P. f., Q. Minuci C. f.

95. Lapis 0,57 m. a., 0,54 m. l., 0,24 m. cr. ab utroque latere inscriptus, anno 1876 prope Spoletium (S. Quirico) repertus, nunc in pinacotheca publica Spoletina. 5. 9 cedito, cedre: caedito, caedere ad Umbrorum dialectum rettulit Buech. 6. 8 deina, dinai: deivina, divinai cf. cis pro civis VII 972, contio i. e. coventio. 16 a: asses. = E. Bormann, miscellanea Capitolina. Romae 1879 p. 6. Bruns, fontes iur. Rom. a. p. 44 sq.; Buecheler, Rhein. Mus. 35, 1880 p. 627 sqq. **96.** Tabula aenea a. 1866 in montibus 'la sierra de Ronda inter Iimena et Alcala de los Gazules' in Baetica reperta, nunc Parisiis in museo publico (Louvre). de rebus ab L. Aemilio Paulo in Hispania gestis cf. Liv. 36, 2; 37, 57. Plut. Aemil. 4. Paul. Diac. 362, 6: tempestatem pro tempore frequenter dixerunt antiqui id. 110, 20 = Comptes rendus 1867 p. 267 sqq. (Rennier); rev. archéol. 1867 p. 227; E. Huebner, Hermes III p. 243 sqq. Momms. ibid. p. 261 sqq. H. Iordan ibid. p. 458; II 5041. **97.** Tabula aenea a. m. 0,27, l. m. 0,28 anno 1640 in Calabriae vico

---

95 2 nequs *in lapide*; nequ[i]s *corr. alii.* 11 Iovei *Brunsius.* Iove *in lapide.* 96 1 *vocabuli* inpeirator ei *diphthongum errorem fabrilem esse Ritschel. (neue plaut. Exc. p. 16), aliam atque parare radicem subesse Momms. (Staatsrecht I² 22), scribendi analogiam falsam quandam, Iordan (Beitr. p. 28) putaverunt.* decreivit *cf. Ritschel. op. II 776, neue plaut. Exc. p. 16 sq. Corssen II² 291.*

De Bacanalibus quei foideratei | esent, ita exdeicendum 3
censuere:
Nei quis eorum *B*acanal habuise velet; sei ques | esent, 4
quei sibei deicerent necesus ese Bacanal habere, eeis utei ad
pr. urbanum | Romam venirent deque eeis rebus, ubei eorum 5
v*er*[*b*]a audita esent, utei senatus | noster decerneret, dum 6
ne minus senatorbus C adesent [*quom e*]a res cosoleretur. |
Bacas vir nequis adiese velet ceivis Romanus neve nominus 7
Latini neve socium | quisquam, nisei pr. urbanum adiesent 8
isque [*d*]e senatuos sententiad, dum ne | minus senatoribus 9
C adesent quom ea res cosoleretur, iousis*e*t. ce[*n*]suere:
Sacerdos ne quis vir eset. magister neque vir neque mulier 10
quisquam eset; neve pecuniam quisquam eorum comoine[*m*
h]abuise ve[*l*]et; neve magistratum | neve promagistratu*d* 12
neque virum [*neque mul*]ierem quiquam fecise velet. | neve 13
posthac inter sed conioura[*se nev*]e comvovise neve conspon-
dise | neve conpromesise velet, neve quisquam fidem inter 14
sed dedise velet; | sacra in *o*quoltod ne quisquam fecise 15
velet, neve in poplicod neve in | preivatod neve exstrad 16
urbem sacra quisquam fecise velet, nisei | pr. urbanum ad- 17
ieset, isque de senatuos sententiad, dum ne minus | senato- 18
ribus C adesent, quom ea res cosoleretur, iousis*e*t. cen-
suere:
Homines plous V oinvorsei virei atque mulieres sacra ne 19
quisquam | fecise velet, neve inter ibei virei plous duobus 20
mulieribus plous tribus | arfuise velent, nisei de pr. urbani 21
senatuosque sententiad, utei suprad | scriptum est. 22

Tiriolo reperta, nunc in museo publico Vindobonensi. de senatusconsulto de Bacchanalibus a. 568 facto cf. Liv. 39, 8—18. titulum non ipsum SC. sed epistolam consulum ad magistratus Teuranos in agro Teurano insculptam esse e vs. 22—30 elucet. 4 necesus: Corssen, krit. Nachtr. p. 272. M. Bréal, mém. de la soc. de ling. de Paris I p. 280 sq. 13 sed: Fr. Ritschl, neue plaut. Excurse I, auslautendes d im alten Latein Lpz. 1869; G. Curtius, Studien VI 1873 p. 417 sqq.; Max Mueller, Jahrb. f. class. Philologie 1876 p. 689 sqq. = I 196, X 104; R. XVIII; Ga. 879; Bruns l. l. p. 145.

---

97 3 'sacanal' 5 'utr a'. 6 'adie. sent': *cf.* 14 'conprome · sise'; 26 'inceider · etis'. 9 'iousisent': *idem legitur vs.* 18 *quam quidem formam defendit W. Weissbrodt spec. gramm. Coblenz 1869 p. 16.* 12 'promagistratuo'. 15 'dquoltod'.

Haice utei in coventionid exdeicatis ne minus trinum |
23 noundinum, senatuosque sententiam utei scientes esetis, eorum |
24 sententia ita fuit: sei ques esent, quei arvorsum ead fecisent,
25 quam suprad | scriptum est, eeis rem caputalem faciendam
26 censuere; atque utei | hoce in tabolam ahenam inceideretis,
27 ita senatus aiquom censuit; | uteique eam figier ioubeatis,
28 ubei facilumed gnoscier potisit; atque | utei ea Bacanalia, sei
29 qua sunt, exstrad quam sei quid ibei sacri est, | ita utei suprad scriptum est, in diebus X, quibus vobeis tabelai datai
30 erunt, | faciatis utei dismota sient. In agro Teurano.

XI. Tituli sacri saeculi VI. VII.

98. Albsi patre

99. Apoline | L. Carnius C. f.

100. C. Hinoleio C. l. | Apolone dono ded[*et*]

101. M. Mindios L. fi. | P. Condetios Va. fi. | aidiles vicesma parti | Apolones dederi

102. 1 Apolon[*e*] . . . . . . | . . Metilio . . . . | magistere[*s*] . . . | coraveron[*t*] | 5 C. Anicio L. [*Saufio*] | [*prob*]*averont*

103. Devas | Corniscas | sacrum

104. [*M. Aim*]ilio M. f. C. An[*io . . . f.*] | [*prai*]toris pro po[*plod* | *di*]ti Diove dede[*re*]

***98.** Lamina aenea Albae ad Fucinum reperta, nunc apud Garruccium. = Eph. II 296; VI 3672, IX 4177, cf. ibid. p. 698; C. I. It. append. 918; Ga. 2298. add. ***99.** In Sicilia rep., nunc Panormi in museo publico. = X 7265. ***100.** Cistella e terra cocta in agro Caleno reperta, nunc in museo Neapolitano servata. = X 4632; R. suppl. XVII A, op. IV p. 520; C. I. It. suppl. I 493; Ga. 831. ***101.** Tabella aenea prope Lugnanum reperta, nunc in museo Monacensi. = I 187, VI 29; R. II B. ***102.** Ara ex lapide Albano Praeneste reperta, nunc ibidem in Domo Cecconia (Ga.). = I 73 p. 554; R. suppl. XVI B, op. IV p. 512 sqq.; Ga. 586. **103.** Lapis trans Tiberim repertus. Paul. Diac. p. 64, 7: Corniscarum divarum locus erat trans Tiberim cornicibus dicatus, quod in Iunonis tutela esse putabantur = I 814, VI 96. ***104.** Lamina aenea nunc in museo Berolinensi. = I 188, VI 136;

---

30 *verba* 'in agro Teurano' *ab alia manu adscripta sunt.* 101 *Cum singuli versus in* I *terminentur, hoc* I *potius signum distinguendi arbitrio adhibitum quam litteram esse Garruccius suspicatur.* 102 *Vs. 5 et 6 qui nunc perierant a Cecconio episcopo traduntur; is in fine vs. 5* L $\overset{T}{S}$, *in vs. 6* RIANDO *descripsit. Ritschelius titulum a dextera parte mutilatum esse ratus ita supplevit:* Apolon[*e*(*i*) *Tutelare*(*i*) | *S*] Metilio [*S. f. M. Opio M. f.*] | magistere[(*is*) *faciunt*] | coraveron[*t de conl. s.*] | C. Anicio L. S. [*L. Apela va*]|riando [*praefuit. Garruccius titulum integrum esse ait.* 104 *prae*]toris pro po[*plod*

105. [*D*]iovei Victore | T. *Aebu*[*ti*] M. f. | III vir [*resti*]tuit.
106. Tampiai Diovei
107. Fortunai | Poblicai | sacra
108. 1 Orcevia Numeri | nationu cratia | Fortuna Diovo file*a* | primo cenia | 5 donom dedi
108ª. Fortuna Prim[*i*]g. | L. Dcumius M. f. | don. dedit
109. Hercolei | sacrom | M. Minuci C. f. | dictator vov|it

dict. a. 537

In lapidis latere dextro iuxta vs. 2. ⱶ. I. XXVI

110. A. Bicoleio V. l. Honore | donom dedet mereto
111. Iunone Loucinai | Diovis castud facitud
112. Iunonei | Loucina
113. Iunone | Loucina | Tuscolana | sacra
114. Iunonei Quiritei sacra | C. Falcilius L. f. consol | dedicavit

R. II F; Ga. 545. **105.** Fragmentum lapidis anno 1626 Romae ad Quirinalem repertum. = I 638, VI 438; Ga. 1125. **106.** Columna lapidis Patavini, nunc Patavii. = I 1435; Ga. 2155. **107.** Lamina aenea in agro Beneventano rep., nunc Beneventi apud Vincentium Colle de Vita. = Ga. diss. arch. I p. 97, tab. IX 2, syll. 550; IX 1543. **108.** Lamina aenea Praeneste ut videtur reperta. 'cenia' c sinistrorsum conversa est. = Hermes 1884 p. 453 sqq. (Dessau-Mowat). Iordan, ind. lect. aest. Regim. 1885 p. 1 sqq. **108ª.** Praeneste rep. = I 1133, R. enarr. p. 30; Ga. 585. **109.** Ara ex lapide Albano prope Romam a. 1862 reperta, nunc in museo Capitolino. de M. Minucio cf. Liv. 22, 25; Polyb. III 103. = I 1503 p. 556, VI 284; R. suppl. XV A, op. IV p. 494 sqq.; Ga. 867. ***110.** Lapis Tiburtinus Romae ad portam Collinam antiquam a. 1872/73 rep. = Bull. 1873 p. 90. VI 3692; Ga. add. 1881 n. 2341. ***111.** Fragmentum bipertitum laminae aeneae utrimque inscriptae. altera pars nunc Bononiae in museo Universitatis, altera desideratur. Garruccius in Secchii schedis titulum fragmenti invenit delineatum. = Fabretti, gloss. Italic. p. 802; I 813, VI 357; R. enarr. p. 97, op. IV p. 519, 533, 556, 727 sqq.; Ga. 547. ***112.** Lamina aenea, nunc in museo Neapolitano. = I 189, VI 3694, X 6484; R. II D; Ga. 546. ***113.** Lapis tophaceus pyramidis forma in agro Capuano rep., nunc in museo Neapolitano. = I 1200, X 3807; R. XXXVI D; Ga. 832. **114.** Mensa quadrata prope Beneventum in luco rep.; in latere dextro nominis reliquiae leguntur. = Ga. diss. arch. I p. 96; syll. 839; IX 1547.

---

vicesima par]ti Diove dedr[*ont:* Ga. 105 1. 2 . . . . . o . iovei | . . . t . mefu . . m. f *in lapide.* 108 1 *Utrum post* Numeri *vocabulum* filea *an littera* f *an nihil evanuerit non satis constat.* 3 filea *an* fileia? *Iord.* 108ª i *inscriptum videtur esse litterae* ↙. 109 *Numeros* ⱶ. I. XXVI *Ritschelius ad legiones I et XXVI retulit. Wilmannsius l. l. I n. 24 eos ad laterculam spectare opinatur in quo singula donaria in templo collocata numeris relata fuerint. cf. Ga.* 111 Iunoni Lucinae Iovis (coniugi). caste facito *Momms.* castu facto (castu i. e. . . ieiunio) *Ritschel.*

115. a) C. Placentios Her. f. | Marte sacrom
b) C. Placentius Her. f. | Marte donu dede
116. P. Corn[*elios*] | L. f. coso[*l*] | proba[*vit*] | Mar[*te sacrom*]
cos. a. 518
117. a) M. Claudius M. f. | consol | Hinnad cepit
c. a. 543
b) Martei | [*M.*] Claudius [*M. f.* | *c*]onsol ded[*it*]
c. a. 543
118. . . . misio Mar[*ti*] | M. Terebonio C. l. | donum dat liben[*s*] | meritod
119. a) M. Fourio C. f. tribunos | militare de praidad Maurte dedet
b) M. Fourio C. f. tribunos | [*milita*]re de praidad Fortune dedet
120. Mavortei
121. Pl. Specios | Menervai | donom | port[*at*]
122. Quirino | L. Aimilius L. f. | praitor

XII. Tituli minores varii saec. VI. VII.

123. . . . . omo fameliai donom l.
124. 1 L. Terentio L. f. | C. Aprufenio C. f. | L. Turpilio C. f. | M. Albani L. f. | 5 T. Munatio T. f. | quaistores | aire moltaticod | dederont

***115.** ab Lamina aenea Tibure reperta, nunc in museo Parisino. = I 62; R. II E ab, XCVII B; Ga. 549. ***116.** Ara ut videtur, Romae in hortis Quirinalibus rep. = I 41, VI 475; Ga. 866. ***117** a. Lapis Romae ad Thermas Traianas rep. de Hennae expugnatore cf. Liv. 24, 39. = I 530, VI 1281; R. op. IV 231 sq.; Ga. 869. b. Tabula marmorea Romae ad portam Capenam rep., nunc in museo Neapolitano. = I 531, VI 474; R. LA; Ga. 870. ***118.** Basis nunc Florentiae in museo Mediceo. = I 190, VI 476; R. LD; Ga. 564. **119** ab. Columnae Tusculi prope sepulcrum Furiorum rep. = I 63, 64; R. XLIX B. C; Ga. 570, 571. **120.** Urna quadrata lapidis Tiburtini Romae rep. = I 808, VI 473; Ga. 1414. ***121.** Lamina plumbea, nunc Florentiae in museo Mediceo. = I 191, VI 523; R. II C; Ga. 554. **122.** Basis quadrata anno 1620 in hortis Quirinalibus rep. = I 630, VI 565; Ga. 871. ***123.** Fragmentum vasis testacei, nunc in museo Kircheriano. = I 166, X 6763; R. XH, enarr. p. 101, op. IV p. 290; Ga. 484, tab. 1, 3. ***124.** Tabella aenea Firmi reperta, nunc in museo Parisino. = I 181, IX 535; R. XCVII A, enarr. p. 91; Ga. 561.

---

118 Maisio *Ga.* 119 *Titulos restauratos esse Ritschelius censuit.* 123 [*Dr*]omo fameliai donom u[*rnam dat*] *Ga;* . . . [*Pr*]omo^s fameliai donom v[*oto*^m *dedit*] *Ritschelius;* [*Eros Marci h*]omo fameliai donom l[*ubens dat*] *vel* v[*oto dat*] *Momms.*

125. a) M. Fulvius M. f. | Ser. n. cos. | Aetolia cepit *cos. a. 565*

b) M. Folvius M. f. | Ser. n. Nobilior | cos. Ambracia | cepit *a. 567*

126. A. Septunolena Petr. Maisio dono

127. Cn. Afreius magister donum dat Taniae Detrone Vel. f.

128. Italicei | L. Cornelium Sc*ipione*m honoris caussa

129. M. Claudius M. f. Marcelus | consol iterum *a. 599*

130. Appios consol

131. Aidil[*i*]s | . . . airid | . . [*coir*]av[*it*]

132. . . . . | aid. cur. Ve[*l*]|itern[*i*]s lo[*c*]avit eisde|m aid. pl. pro-b[*avit*]

133. Q. Lainio Q. f. praifectos protrebibos fecit

134. Q. Pomponius Q. f. | L. Tulius Ser. f. | praitores aere | Martio emerut

135. 1 [*consc*]riptes cose[*su*] T. Fa[. . . . *praifecti* | *et p*]raifectura tot[*a fundi hospitium* | *f*]ecere quom Ti C[*laudio* (?). | *i*]n eius fidem om[*nes nos tradimus et*] | 5 covenumis co[*ptamus eum patronum*] | M. Claudio M. f. [. . . . *cos.*] *intra a. 532 et 602*

136. Q. Folvius Q. f. M. [*n.*] | hance aqua[*m*] | indeixsit apu[*t*] | P. Atilium L. f. | pr. urb. *saec. VII*

